



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Eginhartvs De Vita Caroli Magni, Animadversionibvs
Illvstratvs**

**Bessel, Friedrich
Reinhard, Johann Friedrich**

Helmestadii, 1667

Capvt XXXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10996

Bibliothecæ Praefectos fuisse, primò Agobardum, deinde Leydradum: Prodiisse etiam ex illâ Bibliothecâ Pontium Diaconum de Vitâ Cypriani. Hæc ille; cuius indicinam mihi fecit H. Meibomius, Vir Eruditissimus.

CAPVT XXXIV.

HAnc constitutionem atque ordinationem coram 1.
episcopis, abbatibus, comitibusque, qui tunc præ-
sentes esse potuerunt, quorumque hic nomina
scripta sunt, fecit atque constituit. † Episcopi: Hil- 2.
^{MS. Arnu.} deboldus, Richolfus, * Arn, Wulfarius, Bernoinus, Laidra-
dus, Joannes, Theodulfus, Iesse, Hetto, Waltgaudus. † Ab. 3.
bates: Fridogitus, Adalungus, Engilbertus, Irmino. † Co- 4.
^{Cod. Flor.} mites: Walach, Meginher, * Othulfus, Stephanus, * Unru-
^{oculfus.}
^{* MS. Reub.} chus, Burchartus, Meginhartus, Hatto, Richwinus, Eddo,
^{Unruocus.} * Erchangarius, Gerholtus, Bero, Hildegern, Rhoculfus.
^{* MS. Ar.}
^{changarius.} † Hæc omnia filius ejus Ludovicus, qui divina ei jussione 5.
successit, inspecto eodem Breviario, quam celerrimè po-
^{* MS. Flor.} terat, * post ejus obitum summâ devotione adimplere
^{Post obitum} curavit.
^(An.)

ANIMADVERSIONES

AD CAP. XXXIV.

Hildeboldus) Non tangam hic, quæ summis Viris Mallinckrotio de
Archicancellariis pag. 9. & Conringio ad Epist. ix. Leonis p. 79. notata sunt:
Illa saltem quæ præterea legere memini additurus. Sic autem de eo ex
Chronicis Pontificum Colonensium, Auctor Chronicæ Belgici Pistoriani sol. 50.
Venerabilis Pater Hildeboldus, decimus nonus Archiepiscopus Colonensis ecclesie,
sed sit sub Carolo M. & ejus Filio Ludovico pio Imperatoribus. Qui eundem Ludo-
nicum unxit in Regem Romanorum, & sedet annis 34. Hadeboldum appellant
capitula Caroli M. & Ludovici pii lib. ii. cap. 25. itemque Rembertus in
vitâ S. Anscharii cap. 7. p. 180: cuius tamen Paraphrastes Gualdus Monachus Cor-
bejenensis, primûm à Lambecio è situ erutus cap. 20. v. 13. p. 262. verum no-
men,